

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 7. De motu locali Angelorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Et res sit similia v. g. aut definit esse talis, eo praeceps quod incipit aut definit habere qualitatem eiusdem nominis & rationis, cum altera coexistente in rerum natura, putat aliquid. Nam eo solo quod utrumque corpus est album, sunt similia in illa qualitate, sublato quoquis modo distincti. Quod autem dixi rem praesentem distinguere realiter ratione loci, quem importat ut praesens intelligo quando locus realis est. Si autem moueretur per spatium imaginarium, distinguetur tantum per virtutem correspondentiam ad aliquam partem spati, seu extensionis possibilis immobilitatem considerata.

SECTIO VII.

De motu locali Angelorum.

**C**onclusio: Angelii possunt mutare multipliciter presentiam suam ad locum, vel ad ipsum in quo sunt: sive per simpli- cem mutationem instantaneam, sive per motum localen successivum. Declaratur, & probatur conclusio. Primo, sicut Angelii sunt in loco substantialiter ac secundum se, & non tantum per operationem, aut per aliud accidens: ita mutantur aut mouentur substantialiter ac secundum se, quando suam substantialiam ab uno loco in alium trans- ferunt, sive solam illam transferant, sive simul eum aliquo corpore. Quicquid enim secundum se transit de loco in locum, mouetur localiter secundum se: & non tantum per aliud formaliter, sive secundum aliud. Imo, quam est impossibile quicquam esse in loco formaliter per aliud: tam est impossibile moueri loco formaliter per aliud, id est, constitutus successus in diversis locis per aliud, quam per seipsum. Formaliter, inquam: quia non nego alio sensu posse aliquid moueri per accidens. Efficienter scilicet aut concomitanter ad motum alterius, vel tanquam ab illo latum, vectum, tractum; vel tanquam pars totius alius moxi, aut aliter coniunctum illi cui per se motus imprimitur. Quo pacto quod mouetur ad motum equi, & anima rationalis ad mecum hominis, & corpus Christi ad motum specierum Eucharistie.

Angeli  
mouentur  
loco sub-  
stantiali-  
ter, & per  
se.

Quapropter non assentior Vasqui Disput. 195. cap. 3. & 4. affirmanti Angelos tantum moueri localiter per accidens, id est, per seum alterius formaliter. Ipsorum substantia Angelii secundum se successu ingreditur diuersa spatia, & formaliter per seipsum modò indistans est, & modò distans a tali spatio: prout seipso modò implet, modò recessit. Ergo per seipsum mouetur localiter. Neque verum est quod opponit varius spiritus secundum se non esse capaces distantia & indistantia. Nam Angelii, si soli existarent, forent praesentes intime suis actibus, & habitibus, naturaliter inseparabilibus ad

Tomus I.

cum substantia. Essent etiam praesentes Deo intime. Implicat enim quidquam existere, quod non sit intime cum Deo. Tres quoque sanctissima Trinitatis personæ sunt sibi intime praesentes, adæquate, & essent quamvis nihil creasent. Et si Verbum diuinum hypotheticum afflumeret naturam Angelicam, esset illi intime praesens. Ergo potest similari in solis spiritualibus indistantia vel distantia, ratione intime praesentia, vel secus.

Secundò, possunt Angelii locum mutare multipliciter: posse, priuatue, & mixte. Posse: acquirendo nouam praesentiam, & priorem non amittendo: ut cum Angelus in puncto existens, venire in spatio minore ad aquato, extendit se ad spatium maius, retento priori. Priuatue: cum est contrario contrahit se ad spatium minus, vel ad individuale, nihil noui acquisitum. Mixte: cum spacio in prius deserit vel ex toto, vel ex parte, & aliud acquirit vel totaliter, vel ex parte diuersum. Tunc enim praesentiam partim acquirit, partim amittit. Acquirit scilicet nouam, & veterem perdit. Idque vel totaliter, quando locum plane diuersum subit: Vel secundum quid, quando non plane diuersum, sed eundem secundum quid.

Porrò, quando locus nouus & totaliter diuersus acquiritur, vel ille est remotus & distans a priori, vel non distans, sed continuus aut contiguous immediate. Si distans est, non potest Angelus ad illum se transferre nisi mouere accessu, quo prius sic in medio, quam in extremo difficitur. Quia non potest non transire per medium, sed per illud debet necessariò subire locum distans. Transitus autem dicit necessariò successione, quia res prius in medio sit, posterius in extremo difficitur, quod subit medio relicto. Ita ut neque in medio sit, tunc cum in extremo est: nec ante in extremo esset, cum adhuc erat in medio.

Suppono autem necessarium esse, naturaliter loquendo, ut Angelus subire locum distans, transiendo per medium. Nam licet non sit impossibile potentia Dei absolute, constituere Angelum in loco distantibus sine transitu per medium: vel tento priore loco, quotidie fit in Christo sub distantibus speciebus Eucharisticis Posto: vel etiam non tento, neque enim Deo villa esse potest retinendi necessitas, cum nulla sit connexio essentialis iuxta locum Alio, & operari ac miraculosius sit utrumque locum servare, quam alterum tangentem præstare: Nihilominus Angelii sunt virtutis mortis finita, & aliqate naturali rerum ordini. Quare sicut loca distantia conjugantur per intermedium: sic naturalis ordo postulat, ut extremus attingatur per medium, & ut motus seu translatio localis in diuersum, conjugatur per medium. Quemadmodum in corporibus experimur. Ideo quippe coguntur successus totum medium permeare: & si quid obster transmutationi, nequeunt ulterius statim

681  
Angeli  
possunt tri-  
partite  
re locum  
cum

Non pot.  
sunt moue-  
ri ad locum  
distans,  
ut success  
sue, &  
transfundo  
per mediu-

VII

attingere; quia nequeunt transire per medium, quod tamen necessarium est. Hæc autem necessitas, & limitatio virtutis moriæ in corporibus, non videtur oriri præcisè ex gradu corporis & oppositum enim nullam functionem corporis impedire, potius quam spiritus. Quare iure præsumuntur oriri potius ex naturali rerum ordine, cui Angelii quoque subjecti sunt.

*M. obest quod obijciunt. Comixtæ. Angelos esse similes nostra cogitationi, quæ potest immediate de terra cogitare, postquam de celo cogitauerit, non cogitando intermedio. Vel esse similes corporibus Beatorum, de quibus Author libri de cognitione verae vita apud Augustin. tom. 9. ait tam citè esse transferri, ab oriente in occidente, & tamen id possit cogitari nostra, quæ certè id potest in instanti, & sine transitu per medium. Respondeo enim differentiam magnam esse inter motum cognitionis, & motum localis. Tum quia cogitatio non requirit præsentiam realem & substantiam cogitantis ad objectum, sed tantum metaphoricam & intentionalem: secus autem præsentia localis ad spatiū. Tum etiam quia spatiū inter medium non est medium cognitioni, adeoque non est necesse ut fiat per illud. Secus autem motui locali, & spatiis medio illo interiecto diffisi, ut per motum localis naturaliter attingendis. Quod vero ait Author citatus de corporibus Beatorum, intelligi potest more iter: quod scilicet fere in citè transferantur, propter vim motentiam celerimam, & dorem insatiablem agilitatis. Vel si tanta est, ut sit à medio independens: non constat, neque est ad eod probabile virtutem naturalem Angelorum talem esse, qualis est vis illa supernaturalis.*

*72. Similiter si locus quem Angelii subeunt per motum localen, est quidem continuus, vel contiguous priori in quo erant, sed maiori quam ut totum simul occupare posset: necessaria est successio ex motu successivo ad sancti loci acquisitionem. Quia presentia quæ non potest tota simul esse, non potest tota simul acquiri. Quid enim acquiritur, est Atque presentia ad tantum locum, quippe maiorem adæquato, non potest simul esse tota, ergo neque acquiri tota sit. Quare Angelus prius subit spatiū adæquatum, tum aliud ultra, & sic deinceps.*

*73. Si autem locus iste continuus vel contiguus prius, non exedit spatiū adæquatum quod ab Angle potest occupari naturaliter: potest Angelus per mutationem instantaneam in totum illud se diffundere, ad eum modum quo lumen in totum aliquod spatiū diffunditur a luce, vel à sole. anima rationalis sumit ille undique toti corpori organico, in horis generatione: ex roti parti sufficiente disposita, in aggeneratione seu nutritione.*

*Dixi per mutationem instantanam: quo-*

*ad acquisitionem scilicet noui loci. Non quin enim si mutatione sumatur adæquate secundum statum duplē quem importat, & variationem unius in alium: impossibile est mutationem illam instantaneam esse, curres non potest esse simul, & non esse in eodem statu. Attamen non secundum statum, sive acquisitionem huius loci, fieri posse instantaneæ & totum simul. Probatur, quia nulla successio necessaria est, neque ratione medijs, quod supponitur nullum esse: neque ratione termini ad quem, seu præsentia quæ acquiritur, quia quod potest simul esse, potest simul acquiri, si nihil aliud obsterit. Et Angelus nihil habet congarium simultaneæ illius præsentie inceptioni, non magis quam conservationi. Nullum etiam est consarrium obstantis & necessitans ad successionem, sicut calo. Vg. successus produxit propter frigus obstantis: quid enim tale hinc potest? Angelus vero est causa completa actiū, ex quæ ac passuè ad tantam præsentiam acquirendam. Ergo non est ratio, cur non possit illam simul acquirere.*

*Dices, cum spatiū illud sit extensum, debere Angelum in ea diffusus transire per partes interiectas inter priores & posteriores: priusque esse in partibus propinquioribus, quam in magis distantes. Respondeo negatiue. Sicut enim tuis solis diffunditur sine transitu, per productionem diuersarum partium in diuersis partibus totius hemisphaerij, huc temporis successione, sed cum solo naturæ ordine, quia prius natura sibi illuminat partes sibi vicinas, quam remotiores, posito quod naturaliter non possit agere in distans per se primi. Sic Angelus potest eodem instanti, & simul tempore, diffundere se per spatiū adæquatum, per sui replicatiōnēs & positionem multiplicem in diuersis partibus aut punctis spatiij, cum natura tantum ordine, quia non potest occupare naturaliter partes remotas, nisi mediatis interiectis: cum nō possit moueri in distans, non occupato medio. Sic etiam anima rationalis simul adest omnibus partibus simul dispositis sufficiat, nec prū tempore propinquis, quam remotis: simulque relinquit & informare cessat partes sibi absens. Quo exemplo patet, Angelum posse simul spatiū sibi adæquatum replere. Nam si non est necessaria in anima aliqua successio ad oculandum simul totum aliquod spatiū, imò neque est possibilis naturaliter, cum anima nequeat in istis informare unicum indiuisibile; neque in augmentatione dispositio ultima fiat per indiuisibilia non videtur magis Angelo necessaria successio, per se loquendo, ad replendum spatiū illud quod est virtuti sua adæquatum.*

*Vnde collige primò, posse similiter ad gelum amittere simultaneæ, per motum instantaneum, partem spatiij adæquati, aut mittere totum totum spatiū, conservata tantum cum locum præsentia in puncto, aut eiusdem spatiij, aut & alium, in medietate vicinie. Item amissio toti priore contingit, acquirere*

MARTIN  
NEUS  
LIBRARI  
DIVI  
U.

vbi adæquatos acquirere in instanti aliud, rūpi inadæquatum, tum etiam adæquatum; in spatio immedio & continuo vel continuo. Ratio eadem est: quia nimirum tale vbi est amissibile & acquisibile simul tamen: & nullum est conurarium resolutus, & Angelus habet vim ad solum simul perendum, & quæ ac ad acquirendum, qua vi liberè vtritur.

77. Collige secundò, posse moueri natura-  
liter Angelum per motus instantaneos, sive  
discretos, sive continuos, id est, sive inter-  
ruptos, sive impeditatos. Potest enim simul-  
tanè acquirere v.g. stadium A, deinde si-  
multanei stadium B, etiam nullam mora facta  
in stadio A. Nam existentia Angeli in spacio  
adæquato non requirit necessariò moram &  
temporis successionem, sed tota est in instanti.  
Et quia permanētia in illo spatio pen-  
det à libertate Angeli, potest non perma-  
nere, si velit. Quare potest illa existentia in  
loco, immediate succedere status oppositus,  
qui pariter non postulat successionem &  
moram temporaneam. Sic etiam Angelus  
tutus simul creatur ex anima rationalis. Et  
tamen immediate post unius creationem,  
potest Deus creare alium. Hac autem ut co-  
hærent cum diuisibilitate motus & tempo-  
ris & quantitatis in infinitum, examinandam  
relaxo Philosophis, quorum licet  
communior sit illa sententia, insuperabiles  
tamen patitur difficultates, præsentim ex  
presentia Dei & spirituum in spatio diui-  
sibili: quæ tamen ex certa, & de fide, saltem  
quod ad Deum atinet, & ad animas ratio-  
nales. Eadem verò difficultas est, quomo-  
do Angelii substantia indiuisibilis replicetur  
in spatio, sibique ipsi immediate applice-  
tur: aut unus Angelus alteri proximè vi-  
cino: indiuisibilis indiuisibili. Neque fa-  
cilius est Angelos per talen replicationem  
sue substantiae indiuisibilis, respondere sine  
interruptione spatio extenso & diuisibili:  
quæ per motus multos instantaneos, correspondere sine interruptione tem-  
pori diuisibili. Est enim eadem ratio utrius-  
que.

78. Collige tertio, Angelos posse naturaliter  
moueri celeriter. Cum enim possint acqui-  
rere simultaneè vbi adæquatum, totali alteri  
immediate vicinum; & aliunde non debeant  
necessariò morari sub eodem vbi, aliquo  
tempore, quamvis exiguo: sequitur posse  
quam citissime maximis quasi passibus &  
instantaneis ingentissima spatio decurseret, ce-  
lerius tamen Angelos perfectiores, quippe  
qui habent singula spatia adæquata amplio-  
ra, idéoque maioribus quasi passibus gra-  
diuntur, si velint.

79. Dices, hinc sequi Angelum minima ho-  
ra parte adæquata se mouentem continuo  
motibus instantaneis, posse stadia infinita  
decurrere, & mundum infinitis circuisse:  
posita sententia de partibus continui semper  
diuisibilibus. Respondeo, dicendum esse iux-  
ta illam sententiam, non posse ita moueri

Angelum vila quantumvis exigua hora par-  
te adæquata, sine interruptione. Quia non  
potest moueri infinitè tempore finito. Ve  
neque potest intelligere infinita tempora  
finito. Potestia omnia mouenda est limitata,  
ex quac intellectiva.

Postò summain esse celeritatem motus  
localis Angelorum indicant passim san-  
cti Patres, vt Tertul. In Apologet. cap. 22. Tertull.  
dicens, Angelos momento esse vbique, to-  
tumque orbem illis locum unum esse. Et  
Gregor. Nazianz. orat. 34. in fine aiens, An-  
gelos omnia loca peragrange, omnibus vbique  
impigè adesse: tum propter ministeria  
promptitudinem, tum etiam propter natura  
leuitatem. Idem quoque Scriptura indicat,  
docens Angelos passim ab Em. ad terras  
mitti & Angelum, Daniel. 14. Angelum à Iu-  
da in Babylonem, & rursus à Babylonie in  
Iudam detulisse brevissimo tempore: alte-  
rumque in puncto morali media noctis om-  
nes Aegyptiorum priogenitos intestecisse.  
Exod. 12. vers. 29.

Collige quartò, posse à fortiori angelos  
moueri localiter successiùe successione con-  
tinua: idque tam motu deperditivo, quam  
acquisitivo. De deperditivo patet: quia po-  
test angelus successione continua mutare lo-  
cum adæquatum, restringendo le tensio, ad  
minorem & minorem intra idem spatium  
adæquatum quod occupabat. Deacquisitivo  
probatur: quia potest Angelus similem con-  
tinua successione se extendere ad spatium  
adæquatum: aut ab illo transire ad aliud di-  
stantis, motu continuo, id est, non interrupto.  
Et quidem dæmon quando mouet continuo  
motu corpus energum eili cui infidet, mouet  
etiam continuo seipsum.

Collige quintò, motum localem Angelos  
rum non magis quam presentiam, distingui  
debere à parte rei, ab insorum substantia:  
cum nihil sit aliud: quam successio seu varia-  
tio presentia localis ad varias partes spa-  
tiorum subvenia aut imaginaria. Sicut enim Angelus se-  
ipso est formaliter in loco, cui est præsen-  
tia, ita seipso subit aliud locum, & modò huic  
modò illi sit præsens sine scali vel modal-  
itate superaddita: Quippe laternua, &  
natura posterior, quæ sit effectus for-  
malis propter quem fungitur esse necessa-  
ria. Sit illa quidem: quia hoc i. so quod  
Angelus seipso subit aliud & aliud partum,  
mouetur, quouslibet alio vel ratione subdato  
& contraria, quicquid aliud ponatur, non moue-  
tur Angelus, nisi seipso subeat aliud & aliud  
spatium. Posterior autem, qui natura prius  
est ut patientia sit in ea conditione, in qua po-  
test pati, & sine qua non potest: quam ut  
patiatur & recipiat. Sicut natura prius est  
ut agens sit in ea conditione propinquitatis,  
in qua potest agere, & sine qua  
non potest. Atque per aduersarios, mo-  
odus iste, motus localis; sicut & modus  
præsentia, ne per diuinam quidem poten-  
tiam potest alibi produci & esse, quam in  
tali parte spatij veri vel imaginarij, cui

Motus lo-  
calis non  
distingui-  
tur ab eo-  
rum sub-  
stancia.

respōdet & alioqui ruunt argumēta quibus  
prae pūe probant distinctionem modalem  
incērētūm & mobile, inter que locatum &  
präsentiam localem: ergo necessā est ange-  
lum prius esse in nouo & nouo patro, quām  
subest präsentias, & partes morū localis,  
huiusmodi spatis respondentes. Atqui hoc  
ipso quidē est in aliō & aliō spatio, & ab uno  
aliō dūbit, mouetur localiter: ergo prius  
mouetur, quām modum illūm distinctum

subeat. Ergo ille modus superfluus est, & con-  
tūrā posterior ipso motu. Sufficiit igitur di-  
stīctiō virtualis, propter varias correspon-  
dētias possibiles, aut actuales, ad varias par-  
tes spatiū realis, vel imaginarij itamobiliter  
considerat, sine que correspōndētia expli-  
cari nequeunt differentiæ präsentiarum, &  
partium motus: vel etiam quatenus consti-  
tuit aliap & aliam partem totius präsentia  
possibilis immobiliter spectata.

## DISPUTATIO

## QUADRAGESIMA TERTIA.

## De perfectione Angelorum in esse gratiæ &amp; gloriæ.

- Sectio I. *Utrum Angeli Creati fuerint in Beatiudine supernaturali?*
- Sectio II. *An absolute potuerint Angeli creari in statu visionis beatissimæ?*
- Sectio III. *Soluuntur obiectiones contrarie sententiae.*
- Sectio IV. *An Angeli gratia indiguerint, ut conuerterentur ad Deum,  
vel ut assequerentur beatitudinem?*
- Sectio V. *Vtrum Angelis sint creati in gratia sanctificante?*
- Sectio VI. *An, & quomodo Angeli gratiam & gloriam ex propria dis-  
positione vel ex merito asecuti sint?*
- Sectio VII. *Quibusnam attibutis Angeli boni ad gratiam se disposue-  
rint, ac meruerint gloriam?*
- Sectio VIII. *De gloria, & beatitudine Sanctorum Angelorum.*
- Sectio IX. *De Hierarchiis, & officiis Sanctorum Angelorum.*
- Sectio X. *De custodia Sanctorum Angelorum.*

**V**erisque de Angelis naturaliter consideratis. Iam de  
corumdem perfectione supernaturali, gratiæ nimirum  
& gloriæ, iūisque opposito, peccato & damnatione, di-  
cendum superest. De quorum primo D. Thom.<sup>q. 62. art.</sup>  
1. docet Angelos fuisse à Deo creatos beatos naturali-  
beati, quia perfectionem huiusmodi naturalem  
Angelus non acquirit per aliquem motum discursivum, sicut homo: sed  
statim illam habet, propter naturæ suæ dignitatem. At nō fuisse creatos  
in beatitudine supernaturali, quæ in effectiæ diuinæ visione cōsistit. Quia  
hæc beatitudo nō est aliquid naturæ, sed finis supernaturalis: Et ideo nō  
eam statim habuit à principio. 2. Nō potuisse ad D.ū conuerti sine gra-  
tiæ diuinæ adximo. Quia voluntas non potest ferri in id quod est supra  
naturæ, nisi supernaturali auxilio adiuta. 3. Probabilius esse quidē fuerint  
creati in gratia. Quia dictis Sanctorum id magis consonum est. Et quia  
sicut in creatione naturæ corporeæ, inditæ sunt ei rationes seminales  
omnium effectuum naturalium: ita conueniens fuit Angelis statim à